

LATEINKLAUSUR Sommersemester 2005 (8.7.05)

Ciceros Verteidigung für Milo stützt sich auch darauf, den gesamten Prozeß, für den eigens ein Sondergerichtshof (quaestio) eingerichtet wurde, fragwürdig erscheinen zu lassen. Zu diesem Zweck führt er Beispiele aus der Vergangenheit an: Wie wurde früher juristisch verfahren, wenn berühmte Männer gewaltsam ums Leben gekommen sind?

Domi suae nobilissimus vir, senatus propugnator atque illis temporibus paene patronus, avunculus huius iudicis nostri, fortissimi viri M. Catonis, tribunus plebis M. Drusus occisus est. De eius morte nulla quaestio decreta a senatu est. A nostris patribus accepimus magnum luctum fuisse in hac urbe, cum P. Africano domi suae conquiescenti illa nocturna vis illata esset. Quis tum non ingemuit, quis non arsit dolore? Num igitur ulla quaestio de Africani morte lata est? Certe nulla. Quid ita? Quia non alio facinore clari homines, alio obscuro necantur.

(85 Wörter)

Hilfen:

- Z. 1 u. 5 domi suae: hier abl. loci (antwortet auf die Frage „wo?“)
- Z. 3 u. 6 quaestio: Sondergerichtshof
- Z. 5 vis: Gewalttat
- Z. 6/7 quaestionem ferre: die Einrichtung eines Sondergerichtshofs beantragen
- Z. 7 quid ita?: wieso das?

LATEINKLAUSUR VOM 14.10.2005

Titus Milo bewarb sich im Jahr 53 v. Chr. um das Konsulat; obwohl er angesehene Konkurrenten hatte, zeichnete sich sein Wahlsieg bald ab. In dieser Situation wollte Publius Clodius, ein erbitterter Feind Milos, alles tun, um dessen Sieg doch noch zu verhindern.

Titus Milo in dies convalescebat. Ubi Publius Clodius, homo ad omne facinus paratissimus, vidit fortissimum virum, inimicum suum, certissimum factum iri consulem, et intellexit id non solum sermonibus, sed etiam suffragiis populi Romani saepe declaratum esse, palam agere coepit et aperte dicere occidendum esse Milonem. Servos agrestes et barbaros, quibus silvas publicas depopulatus erat Etruriamque vexaverat, ex Apennino deduxerat. Res erat minime obscura. Etenim dictitabat palam consulatum eripi Miloni non posse, vitam posse. Significavit hoc saepe in senatu, dixit in contione.

(80 Wörter)

Hilfen:

Z. 1: in dies – von Tag zu Tag

Z. 1: ubi – als

Z. 2: certissimum – ganz sicher (adverbial übersetzen!)

Z. 2: consulem factum iri – hier übersetzen mit: „zum Konsul gewählt werden würde“

(Infinitiv Futur Pasiv)

Z. 8: significare – zu erkennen geben

Lateinklausur 21.4.2006

Cicero befindet sich als Statthalter in der Provinz Kilikien. Sein Freund Caelius hält ihn per Brief regelmäßig über die Ereignisse in Rom auf dem Laufenden. Nun aber bringt er auch ein eigenes Anliegen vor: Er bewirbt sich um das Amt des Aedilen und wird als solcher Spiele (u.a. Tierhetzen) ausrichten müssen. Für die nötigen Vorbereitungen braucht Caelius in einer bestimmten Hinsicht die Unterstützung Ciceros.

Fere litteris omnibus tibi de pantheris scripsi: turpe tibi erit Paticum Curioni decem pantheras misisse, te mihi non multis partibus plures [misisse]; quas ipsas Curio mihi et alias Africanas pantheras decem donavit. Tu, si Cibyrates arcessiveris itemque in Pamphyliam litteras miseris — nam ibi plures capi aiunt —, id, quod voles, efficies. In hoc negotio nulla tua nisi loquendi cura est, hoc est imperandi et mandandi; nam, simulatque erunt pantherae captae, habes meos servos, qui alant eas et Romam deportent.

Hilfen:

panthera, -ae f.:	Panther
Paticum:	Akkusativ zu dem Eigennamen Paticus (ein uns nicht näher bekannter römischer Geschäftsmann)
Curioni:	Dativ zu dem Eigennamen Curio (Gaius Scribonius Curio, ein vornehmer Römer, der sich als Veranstalter extravaganter Spiele einen Namen gemacht hatte)
multis partibus:	weitaus
Cibyrates:	die Einwohner der Stadt Kibyra (hier Akkusativ)
arcessiveris:	von <i>arcessere</i> (um Hilfe bitten)
aiunt:	man sagt
nisi:	hier: außer
simulatque:	sobald als

Viel Erfolg!